



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Cogitationes, Sive Considerationes Christianae Pro singulis Anni diebus

Complectens Aprilem, Majum, Junium

Nepveu, François

Monachii, 1709

Dies 7. De obstaculis salutis. Negotium salutis difficile est.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60514](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-60514)

Iacobi.

Si difficile tibi acciderit, crucem aliquam; poenitentiam, vel tui depressionem ferre, dic tibi met ipse: quid omnia hæc sunt, inferno, quem meritis tui, comparata?

Nisi, quia Dominus adjuvit me, paulò minùs in inferno habitasset anima mea. Psal. 93. 17.

Vigilias times, & jejunia; sed hæc levia sunt meditati flammæ æternas. Bern. Ep. 1.

DIES VII.

De Obstaculis Salutis.

Negotium Salutis difficile est.

I.

Salus negotium est difficile. Cur id diffimulem, cum Servator id nobis in Evangelio tam apertè declarer, nec ullam hac in re optionem nobis relinquat? hæc est illa vinea summo studio colenda, si velimus, ut fructum ferat. Hæc est ager ille, in quo ardentissimè laborandum; cum hic permissum non sit, rebus levioribus se occupare, vel retrò respicere. Hæc est thesaurus ille absconditus, qui inveniri non potest, nisi priùs terram probè fodiamus.

Luc. 9. 62.

Matth. 13.

44.

mus. Hæc est negotium illud, in quo *Junius.*
nulli parcendum curæ ad comparandum
talentis suis pretium. Hæc est pretiosa *Matt. 18.*
illa Margarita, quæ, si eam non habea- *v. 16.*
mus, omnium bonorum nostrorum impen- *Matt. 13.*
dio emi, & si jam acquisitam per grave
quoddam infortunium amiserimus, sum-
ma sollicitudine quæri meretur, licet ad
eam recuperandam omnia forent sùsque,
déque vertenda. Hæc est via illa aspera,
quam ingrediendi pauci habent animum; *Luc. 13. 2.*
hæc est angusta illa janua, per quam diffi-
cilis est ingressus. Poteratne Servator
hanc veritatem clariùs nobis exprimere,
quàm per omnes hæc parabolas, & simi-
litudines fecerit?

II. Itaque salus negotium est difficile.
Et verò quot in eo obstacula non occur-
runt? quot inimici eam non impediunt?
obstacula ex parte immoderatæ cupiditatis,
quam domare; violentarum animi com-
motionum, quas moderari; sensuū effrena-
torum, quos reprimere; consuetudinum
inveteratarum, quas radicitus evellere;
rerum nobis occurrentiū non minùs fune-
starū, quàm jucundarum, quas fugere, peri-
culosarum occasiōnū, quas vitare, gravium
impedimentorū, quæ perfringere oportet.
Quanta constantia, quanta vi ad hæc o-
mnia;

Junius

omnia, quanta animi magnitudine, ad confli-
gendum cum hostibus, qui salutem nostram
adversantur, non est opus? Caro, hostis
domesticus, tantò magis formidandus,
quantò minùs eum formidamus; tantò
periculosior, quantò magis eum fovemus.
Mundus, qui axiomatis suis nos pervertit,
qui suis promissis ad se allicit, qui suis ex-
emplis ad se nos abripit; Dæmon, hostis
potens, & versutus, vigil, & crudelis,
eujus negotium est nostra perniciēs, dum
salus nostra cordi nobis non est. An non
igitur salutis negotiū difficile est? an ea ho-
mines vel socordes, vel timidos desiderat?

Matt. 11.

2. Tim. 2.

Hebr. 12.

III. Propterea SS. Litteræ nobis di-
cunt, cælum nonnisi vi occupari, ma-
gnis conatibus, perpetuis vigilijs opus esse,
ut eò admittamur; cælum esse coronam;
verùm certandum esse, ut eam promerea-
mur; nullum tædio dandum esse locum,
sed motionibus animi ad sanguinem usque
resistendum. Exigitur à nobis violentia
continua adversus animi nostri affectiones,
ut salutem obtineamus; & nos semper ea-
rum propensiones sequimur; exiguntur
magni conatus; & torpescimus: exigitur
vigilantia assidua, & obdormiscimus; ju-
bemur pugnare; & fugimus: jubemur in-
clinationibus nostris ad sanguinem usque

re-

resistere; & illis cedimus. Quæ isthæc omnia conveniunt cum sincero salutis desiderio? amabo, quis dicat, nos salutem nostram cupere, si omnia penitus contraria agamus ijs, quæ nobis præcipiuntur? si in mundo essemus non minùs ad nos perdendos, quàm ad salutem æternam consequendam, an secus ageremus?

Cùm salutis negotium tam difficile sit, statuamus omnes vires nostras impendere ad felicem ejus exitum obtinendum. Sequamur Christi monitum, quod ipsemet hac super re nobis suggerit: contendite intrare. Magna vi opus est, si viam salutis adire cupitis.

Regnum Cælorum vim patitur, & violenti rapiunt illud. *Matth. 11. 12.*

Tantum proficies, quantum tibi vim intuleris. *Imit Christi.*

DIES VIII.

De Peccato Mortali.

Peccatum est unicum Hominis malum.

I.

Omnia alia mala possunt esse bona: nec quidquam est, excepto peccato, quod semper malum sit; cùm id omnibus

ve-